0254-0257- SS Stephanus I - Decretum Hilario Episcopo Directum

O93, f. 22rb; N442, f. 50va; V630, f. 52va; I83, f. 109va; VD38, f. 102rb; SG670, p. 212b; P9629, f. 26v

INCIPIT[1] EPISTOLA DECRETALIS STEPHANI PAPAE HILARIO EPISCOPO DIRECTA. <P9629, f. 27r>

Dilectissimo fratri atque familiari amico Hilario Stephanus episcopus intimae caritatis salutem.

Quamquam sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum[2] esse devotam, tamen pro familiaritate[3], qua nobis coniunctus[4] esse cognosceris[5], ut tua[6] efficacior[7] [8] fiat industria[9] [10], congruum nobis visum est, has fraternitatis litteras tuae dilectioni[11] debere dirigere[12].
Monemus te, carissime[13], semper in bonis manere et a malis cavere, cum bonis et rectae fidei ac sanctae conversationis hominibus assidue esse et a perversis ac fratrum insidiatoribus, nisi ut eos convertas et ad[14] concordiam reducas[15], separare, quoniam, ut ait apostolus, corrumpunt mores <VD38, f. 102va> bonos colloquia <N442, f. 50va> mala.
Et ipsa per se veritas dicit: Si oculus tuus scandalizaverit te, erue eum <SG670, p. 213a> et proice abs te. Et si manus tua scandalizaverit te, abscide eam et proice <V630, f. 52vb> abs te. <I83, f. 109vb> Similiter et de pede agendum est, quia melius est tibi luscum aut claudum intrare in regnum caelorum quam duos oculos aut duas manus vel duos pedes habentem mitti in gehennam ignis.
Et in ecclesiastico invenitur[16] libro: In bonis viri inimici illius, in <O93, f. 22va> tristitia vero et[17] [18] in[19] malicia illius amicus agnitus est. In labiis suis[20] indulcat[21] inimicos[22] et in corde suo insidiatur, ut subvertat[23] te in foveam. Et qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui communicaverit superbo[24], induetur superbia[25]. Pondus super se tollit, qui honestiori[26] se communicat, et ditiori te[27], ne socius fueris. Quid[28] communicabit cacabus ad ollam? Quando enim se colliserint, confringentur[29] [30]. Dives iniuste[31] eget[32] et[33] fremebit[34], pauper autem laesus tacebit. Si largitus ei[35] fueris[36], assumet[37] te, et[38] si non habueris, derelinquet te. Si[39] habes, convivet tecum et evacuabit[40] te et ipse non dolebit super te. Si necessarius illi <SG670, p. 213b> fueris, supplantabit[41] te et subridens <VD38, f. 102b> spem dabit narrans tibi bona et dicet: Quid opus est tibi? Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat[42] [43] bis et ter[44], et in novissimo deridet te. <I83, f. 110ra> Postea[45] videns derelinquet[46] te, et caput suum movebit ad[47] te. Humiliare deo et exspecta manus[48] eius. Attende, ne[49] seductus in stultitia[50] humilieris[51]. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam[52] seducaris[53]. Advocatus a[54] potentiori[55] discede[56], ex hoc enim magis[57] te advocabit. Ne improbus[58] sis, ne impingaris et ne longe sis ab eo et eas in oblivionem. Ne[59] retineas[60] ex[61] aequo loqui[62] cum illo et[63] credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela temptabit[64] te et subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis[65] [66] animus[67] illius conservabit verba tua et non[68] parcet de malicia et de vinculis. Cave tibi et attende diligenter auditui tuo, quoniam[69] cum[70] subversione[71] [72] [73] tua ambulabas[74]. Audiens vero illa[75] quasi in somnis vide et vigilabis. Omni vita tua dilige deum et invoca eum in salute tua.
Omne animal diligit <SG670, p. 214a> similem[76] sibi, sic[77] et omnis homo proximum sibi. <VD38, f. 103rb> Omnis caro ad[78] similem[79] sibi coniungitur et omnis homo simili sibi sociatur. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Quae com<V630, f. 53ra>municatio sancto homini ad canem? Aut quae pax[80] [81] bona[82] diviti ad pauperem? Venatio <I83, f. 110rb> leonis onager in eremo, sic pascua sunt divitum pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, <N442, f. 51ra> sic exsecratio divitis[83] pauper[84]. Dives commotus[85] confirmatur ab amicis, humilis autem, cum ceciderit, expelletur et a notis[86]. Diviti decepto multi recuperatores, locutus[87] est superba[88] et iustificaverunt illum, humilis deceptus est, insuper et arguitur[89], locutus est sensate et non est datus ei locus. Dives locutus est et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est, et dicunt: Quis est hic? Et si offenderit[90] [91], subvertunt[92] illum. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, et[93] nequissima paupertas in ore impii. Cor[94] homi<SG670, p. 214b>nis immutat faciem illius, sive in bona, sive in mala. Vestigium[95] cordis boni et faciem bonam difficile[96] invenies et cum labore. Haec[97], frater, cave tibi, et post concupiscentias tuas[98] [99] non vadas.
Quod[100] vero[101] consuluisti <VD38, f. 103rb> sedem apostolicam, qui[102] sint infames, aut qui[103] ad[104] gradus ecclesiasticos non sint[105] admittendi[106], et[107] nosse[108] te credimus, et[109] pro[110] <I83, f. 110va> auctoritate sedis apostolicae[111] te informare[112] non denegamus. Infames[113] autem[114] esse eas personas dicimus, qui[115] pro aliqua culpa notantur infamia, id[116] est, omnes, qui christianae legis normam abiciunt[117] et statuta ecclesiastica contemnunt, similiter fures, sacrilegos et omnes capitalibus[118] criminibus irretitos[119], sepulchrorum quoque violatores et apostolorum atque successorum[120] eorum reliquorumque[121] patrum statuta[122] libenter[123] violatores[124] et omnes, qui adversus patres armantur, qui in omni mundo[125] infamia notantur, similiter et[126] incestuosos[127], homicidas[128], periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de[129] bellis fugientes, et qui indigna sibi pe<SG670, p. 215a>tunt loca tenere aut facultates ecclesiae abstrahunt iniuste, et qui fratres calumniant[130] aut accusant et non[131] probant, vel qui contra innocentes principum animos[132] ad iracundiam provocant, <P9629, f. 27v> et omnes anathematizatos[133] vel pro suis sceleribus ab ecclesia pul<I83, f. 110vb>sos[134] et omnes, quos[135] ecclesiasticae vel saeculi leges infames pronuntiant. Hos[136] vero non[137] ordines nec servos ante legitimam

libertatem <VD38, f. 103va> nec poenitentes[138], nec digamos, nec eos, qui curiae deserviunt, vel qui non sunt integri corpore[139] aut sanam non habent mentem <V630, f. 53rb> vel intellectum aut inoboedientes sanctorum decretis exsistunt aut furiosi manifestantur.
Hi[140] omnes nec ad sacros gradus <O93, f. 22vb> debent provehi[141], nec isti nec liberti[142] neque suspecti[143] nec rectam fidem[144] vel dignam conversationem non habentes summos sacerdotes[145] possunt accusare.
Sed[146] et qualiter oboedientia vel reverentia sit praepositis[147] exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis. In qua re valde est <SG670, p. 215b> utile, si id, quod disci<N442, f. 51rb>plinae vigor[148] imponit, nullo cogente humilitas laudanda servaverit. Omnipotens deus, in cuius manu[149] sunt omnia, de quo scriptum est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra deum[150] [151], ipse te tuosque et divina[152] et[153] apostolicae sedis statuta[154] illibata servare et ad[155] potiora[156] [157] semper conscendere et de die in diem <I83, f. 111ra> deteriora[158] cavere et meliora ac deo placita sectari[159] atque perficere concedat.
Vestimenta[160] vero ecclesiastica, quibus domino[161] ministratur, et sacrata debent esse et honesta. <VD38, f. 103vb> Quibus[162] aliis[163] usibus nemo[164] debet frui quam ecclesiasticis[165] in[166] [167] deo dignis officiis. Quae[168] nec ab aliis debent contingi[169] aut ferri[170] nisi a sacratis hominibus[171], ne[172] ultio, quae Balthasar percussit, super haec transgredientibus et talia presumentibus veniat divina et corruere eos faciat ad ima.
Haec[173] illis in[174] partibus, quibus moraris, et in omnibus, quibus potueris, cunctis[175] nota facito, et observare[176] apostolica[177] mandato[178] [179] auctoritate, quia et <SG670, p. 216a> nostri nobisque commissi in sancta[180] apostolica et universali ecclesia omnes haec observare nunc et futuris temporibus professi[181] sunt.
His breviter tuis, frater magnifice[182], respondi litteris[183]. Quibus tua dilectio ita societur, ut nihil in his, quae[184] ad universalis ecclesiae statum[185] pertinent, aut dubie[186] agatur aut segniter[187]. Et cum tali moderatione[188] agantur cuncta, ut nec benivolentiae partes nec iustitiae neglegantur[189], <I83, f. 111rb> sed[190] absque[191] personarum acceptione divinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod[192], ut recta observantia valeant custodire[193], catholicae primitus fidei[194] servetur integritas, et quia per omnia <VD38, f. 104ra> angusta[195] et ardua via[196] est, quae ducit ad vitam, neque in sinistram neque in dextram[197] ab eius tramite[198] devietur[199] [200].
Data V Nonas Maii[201] Valeriano et Gallicano vv.[202] cc. conss.
O93, f. 22vb; N442, f. 51rb; V630, f. 53rb; I83, f. 111rb; VD38, f. 104ra; SG670, p. 216a; P9629, f. 27v

1 *Überschrift*] EPISTOLA STEPHANI PAPAE *SG670*
2 bonum *fehlt P9629*
3 familiaritate *korr. aus* familiaritatem *P9629*
4 coniunctus *korr. aus* coniunctos *V630*
5 cognosceris ut *korr. aus* cognosceris *SG670*
6 tua] vitae tuae *SG670*
7 *am Rande* Perfectior *VD38*
8 efficior *V630*
9 *am Rande* Diligentia *VD38*
10 industria *korr. aus* industra *VD38*
11 directioni *O93;* dilectioni *korr. aus* dilectione *P9629*
12 diligere *V630; VD38;* dirigi *I83; SG670*
13 christe *I83*
14 a *VD38*
15 ducas *V630;* reducas] reducas te *korr. aus* reducas *SG670*
16 legitur *I83*
17 et *fehlt SG670*
18 et in *fehlt I83*
19 in *fehlt P9629; VD38*
20 tuis *SG670*
21 indulcat *korr. aus* inducat *V630;* indulca *SG670*
22 inimicus *P9629; VD38*
23 subvertat *korr. aus* subververssita *V630*
24 superbis *korr. aus* super *SG670*
25 superbiam *P9629*
26 honesteriori *korr. aus* honesterio *VD38*
27 se *V630*
28 Quis *korr. aus* Qui *V630*
29 *am Rande* corrumpentur *VD38*
30 confringetur *P9629*
31 in *SG670*
32 aget *V630;* aget *VD38;* egit *SG670*
33 et *fehlt SG670*

34 fremet *VD38*
35 ei *korr. aus* eis *V630*
36 fueris *korr. aus* fuerit *P9629*
37 *am Rande* Suscipiet *VD38*
38 et si *korr. aus* et *SG670*
39 Si habes, convivet tecum et evacuabit te *fehlt I83; VD38; SG670*
40 vacuabit *V630*
41 *am Rande* Decipiet *VD38*
42 *am Rande* evidet *VD38*
43 exinaniet *V630; P9629;* exaniet *I83*
44 ter et *korr. aus* ter *SG670*
45 Postea videns derelinquet te, et caput suum movebit ad te *fehlt SG670*
46 derelinquet *korr. aus* delinquet *O93;* relinquet *P9629*
47 *am Rande* contra te *VD38*
48 manum *SG670*
49 ne] ne sis *I83*
50 stultitiam *I83*
51 mulieris *I83*
52 stultitia *P9629; VD38*
53 *am Rande* decipieris *VD38*
54 ad *I83*
55 potentiore *V630; P9629; SG670*
56 discende *I83*
57 magis te] magister *I83*
58 *am Rande* Insociabilis *VD38*
59 Ne *fehlt SG670*
60 timeas *VD38*
61 *am Rande* Equaliter *VD38*
62 loqui *korr. aus* lo *P9629*
63 et] et ne *V630;* et non *SG670*
64 *am Rande* probabit *VD38*
65 *am Rande* Crudelis *VD38*
66 Inmitis] In multis *N442*
67 animus *korr. aus* animis *V630*
68 non *fehlt VD38*
69 quoniam cum] quoniam in *korr. aus* quoniam *V630*
70 cum *fehlt P9629*
71 *am Rande* Perditione *VD38*
72 conversione *I83*
73 subversione tua *korr. aus* subversione *O93*
74 ambulas *V630; P9629; SG670*
75 illam *V630*
76 simile *korr. aus* similem *N442;* simile *VD38*
77 sic et] et sic *VD38*
78 ad similem *korr. aus* assimilem *SG670*
79 simile *SG670*
80 pax bona *korr. aus* bona pax *P9629*
81 pax bona diviti ad pauperem? Venatio leonis onager *fehlt VD38*
82 bona *fehlt SG670*
83 diviti *I83*
84 pauperi *V630*
85 *am Rande* Deiectus *VD38*
86 *am Rande* A propinquis *VD38*
87 Locutus est *korr. aus* Locutus *I83*
88 superbo *I83;* superbe *SG670*
89 *am Rande* reprehendatur *VD38*
90 *am Rande* Peccaverit *VD38*
91 offenderit *korr. aus* offenderit te *P9629*
92 *am Rande* Deserunt Perdunt *VD38*
93 et nequissima paupertas in ore impii *fehlt N442*

94 Cor *korr. aus* Cur *SG670*
95 *am Rande* Sginum *VD38*
96 deficile *P9629*
97 Hac *VD38*
98 tuas *fehlt SG670*
99 tuas non *korr. aus* tuas *P9629*
100 *am Rande* Qui sint infames vel qui ad gradus ecclesiasticos non sint admittendi *V630*
101 vera, *interlinear* o *SG670*
102 qui *korr. aus* quid *P9629; SG670*
103 *am Rande* De non admittendis ad grados ecclesiasticos *P9629*
104 ad *fehlt I83*
105 sint *korr. aus* sit *SG670*
106 *am Rande* Suscipiendi *VD38*
107 Hęc *SG670*
108 nosse te] te nosse *I83*
109 et] et nos *I83; SG670*
110 pro auctoritate] per auctoritatem *SG670*
111 apostolicae *korr. aus* apostolicam *P9629*
112 *am Rande* Docere *VD38*
113 Infames] De infamibus Infames, *am Rande* De infamibus personis quae non possint promovere *I83; am Rande* Hic dicit quae sint infames pesone *VD38*
114 autem *fehlt I83*
115 quae *V630*
116 *am Rande* Quid sit infames *P9629*
117 abiciunt *korr. aus* obiciunt *SG670*
118 *am Rande* Maioribus *VD38*
119 irretitos *korr. aus* retitos *SG670*
120 successores *P9629; I83*
121 reliquorumque] reliquorumque sanctorum *P9629; N442; VD38;* religiosorumque sanctorum *I83;* reliquaque sanctorum *korr. aus* religiosa sanctorum *SG670*
122 statute reliquorumque sanctorum *P9629; N442; VD38;*
123 libent *V630*
124 violantes *SG670*
125 mundo *korr. aus* mudo *P9629*
126 et *fehlt V630*
127 *am Rande* Qui propinquos corrumpunt vel propinquos occidunt Hic refert qui non sunt ad accusationem suscipiendi *VD38*
128 homicidos *P9629*
129 de bellis *korr. aus* debelles *V630*
130 calumpniantur *I83; VD38; SG670*
131 non probant] improbant *korr. aus* non probant *SG670*
132 animas *SG670*
133 anathematizati *SG670*
134 expulsi *SG670*
135 quod *VD38*
136 Nos *SG670*
137 extraneos *korr. aus* nos *SG670*
138 poenites *I83*
139 corpore aut] mente id est qui *N442*
140 Hi omnes] Hi omnes *VD38*
141 provehere *O93; P9629*
142 liberti *korr. aus* libertate *P9629*
143 suscepti *V630*
144 fide *O93*
145 sacerdotes *korr. aus* sacerdotes non *SG670*
146 *am Rande* De oboedientia praepositis exibenda *V630*
147 propositis *P9629*
148 virga *I83; SG670*
149 manu *korr. aus* manus *P9629*
150 dominum *V630*

151 deum ipse *korr. aus* deum *O93*
152 divina et] divinę *VD38*
153 et *fehlt I83; SG670*
154 instituta *SG670*
155 ad *korr. aus* a *O93*
156 altiora *SG670*
157 potiora semper *korr. aus* potiora *P9629*
158 *am Rande* Peiora *VD38*
159 *am Rande* Inmitari (!) *VD38*
160 *am Rande* De vestimentis ecclesiasticis *V630; am Rande* Non utendum vestimentis sacris nisi in divinis offitiis *P9629; am Rande* De vestimentis ecclesiasticis quod nullo deberet frui nisi ecclesiastico officio nec contingi a sacratis hominibus *I83;* Quod vestimenta ecclesiastica Sacrata debent esse et honesta et a sacratis contigi et ferri hominibus *VD38*
161 domino ministratur *korr. aus* domino *P9629*
162 Quibus] quibus in *I83; SG670*
163 aliis] aliis in *V630*
164 non *V630*
165 ecclesiasticos *O93;* ecclesiasticis *korr. aus* ecclesiasticas *P9629*
166 *interlinear* et *SG670*
167 et *V630; VD38*
168 quia *I83*
169 contingi *korr. aus* contigi *P9629*
170 *am Rande* Promiserunt *VD38*
171 hominibus *korr. aus* omnibus *O93*
172 ne *korr. aus* nec *P9629*
173 Hęc *korr. aus* Nec *SG670*
174 in *fehlt V630;* in] in se *VD38*
175 cuntis *P9629*
176 observate *O93*
177 apostolico *VD38*
178 *am Rande* Precepito *VD38*
179 mandata *O93; P9629;* manda *I83;* mandato *korr. aus* mandata *SG670*
180 sede *VD38*
181 *am Rande* Promiserunt *VD38*
182 honeste magnifica *VD38*
183 litteris *korr. aus* litteras *P9629*
184 quae ad *korr. aus* quae *O93*
185 *am Rande* Ordinem *VD38*
186 dubie *korr. aus* dubio *SG670*
187 *am Rande* Pigre
188 *am Rande* Temperantia rectitudine *VD38*
189 neglegantur *korr. aus* neglegatur *P9629*
190 sed] Sed in his *korr. aus* Sed ab his *SG670*
191 absque *korr. aus* quae *SG670*
192 quod ut *korr. aus* quod *SG670*
193 custodiri *V630*
194 fidei servetur] servet fidei *V630;* servetur fidei *P9629*
195 angusta *korr. aus* angustia *I83*
196 vita *O93; N442; I83*
197 dexteram *V630*
198 *am Rande* Rectitudine *VD38*
199 *am Rande* Devietur *VD38*
200 divitetur *P9629*
201 Maias *SG670*
202 vv. cc.] v. c. *SG670*